

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Inuidia s  
cum uariis

Virum fortem excitat ad uirtutis exercicium alieni liuoris aculeus, nec mentis oculos torpere permittit inuidia detractorum. Iacob, qui in baculo suo Iordanem transierat, non rediisset cum duabus turmis nisi eum inuidia Esau agitasset. Ioseph non imperasset Egypto nisi ipsum fratrum inuidia uendidisset. Scriptum quippe est: Abel esse non potest quem Caym malicia non exercet.

Idem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

aculeus] aculius B C; torpere] torquere V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; permittit inuidia detractorum. Iacob] permittit. Inuidia detractus Iacob P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ipsum fratrum inuidia] fratrum inuidia ipsum P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; idem] ibidem V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>